

45 Disp. II. Part. III. de variis mat: I. difficult. 46

fit actualis per aduentum, & informationem illius formæ equi : At verò est adhuc tota potentialis respectu aliarum formarum, ad quas dicit ordinem. Adde quod nullum sequeretur inconveniens, licet diceremus compositum Physicum esse quidem secundum se totum actum, non tamen esse secundum se totum actum ; est tamen secundum se totum verum ens, & secundum suas partes, at non est ens actualis nisi secundum formam, & beneficio formæ : videtur tamen verius quod compositum sit verus actus, quia per formam materia determinatur ad actum : vnde si fiat argumentum : Pars compositi actualis debet esse actus : sed materia est pars compositi actualis, ergo debet ipsa esse actualis. Responde, concedo maiorem, vt est in composito, debet esse actualis ; vt verò consideratur extra compositum, nego, accipit ergo suam actualitatem à compare eam determinante ipsiq, dante actualitatem, quia determinabile induit naturam determinantis, & cum forma sit actus, & determinat materiam, ipsa materia induit à forma iliam actualitatem.

Ad quintum. Respondent aliqui materiam primam distingui ab omnibus alijs entibus, non per aliquam Differentiam ; sed se ipsa, quemadmodum & summa genera, & multæ res distinguuntur, non per veram aliquam differentiam, sed se ipsis. Respondent alij Thomistæ, quod etiæ materia prima distinguetur specie v. g. à materia cælorum ; hoc non fieret per actum, sed solum per ordinem ad actum, hoc est per ordinem ad diuersas formas, quas respiciunt. Et ad confirmationem dicent, quod dūm materia prima non ponatur, nisi indirecte in prædamento substantiæ, non debet confundere generem & differentiam, sed tantum reductiæ ponitur in prædamento substantiæ, sub specie subalterna corporis, cuius differentiam participat tanquam pars eius, qua est potentia realis intrinseca dicens ordinem ad actum realem, qui est forma, & sub eodem genere etiam corporis reduciæ collocatur materia cæli : materia ergo prima non habebit genus, nec differentiam, sed solum erit pars eius, quod habet genus & differentiam : pars inquaque potentialis, cuius intrinseca ratio non est actus, sed potentia includens ordinem ad actum & secundum hanc rationem reductiæ & indirecte dicetur habere differentiam. Vnde qui dicunt materiam sublunarium distingui specie à materia cælorum, debent intelligi de specie incompleta, & nec quidem per actum, sed per ordinem ad actum : id est ad diuersas formas.

Ad sextum. Dicent, quod agens non ideo dicitur non creare, quia non producit omnem actum, sed quia non producit omnem entitatem : Id est non producit materiam, quia licet non sit quædam actualitas de se, est tamen aliqua entitas, sed potentialis. Nec dicas, tunc est creatio, quando producitur omnis actus : hoc enim negandum est, sed tunc est creatio quando tota entitas, & ex nihilo fui, & ex nihilo subiecti producitur, siue illa entitas sit actus, siue potentia immo per creationem materia est producta, ipsa tamen est potentia.

Ad septimum. Dicent, quod cùm materia

non habeat actum de se, Ideo non accipit actum, nisi in quantum est in composito, & determinatur actualiter à forma : vnde rectè dicitur, quod materia nunquam sit actus ; bene tamen quod sit actus talis, in quantum videlicet afficitur formam, qua trahitur ad tale speciem, in quo sensu adhuc potius debet dici esse actu quām esse actus : adde quod compositum non est totus actus, bene tamen est totus actus : est autem maxima difference inter esse actu, & esse actum, nam aliquid potest esse actu, quod tamen non est tale per se, sed per aliud : at quod est actus, est de se tale, materia ergo de se non est actus, bene tamen actu : id ist propterea esse actu opponitur nihil, & contra esse possibile, quod non adhuc est in rerum natura, nam ens actu dividitur in potentiam, & in actum, & tam ens, quod est potentia est actu, atque ens, quod est actus, non tamen ens, quod est potentia, est actus, & aduentant ad hanc solutionem Thomistæ, si velint factem appartenere suam cueri opinionem.

Ad octavum. Dicent, quod materia non determinatur substantia simpliciter, sed cum addito, nempe incompleta : in quo gradu iam materia limitatur ad esse in potentia, quo fit ut latere semper descendendo, nil acquirat actualitatis, sed retineat semper esse potentiale.

Ad Confirmationem aiunt, quod materia quidem reuocetur ad genus substantiæ, non quasi transeat per summum genus substantiæ, quod est actus, sed quod semper à latere descendat, contrahendo ens per expressorem potentiam conceptionem : quo fit ut non possit habere actualitatem substantiæ.

Ad nonum. Ad maiorem : quod assimilatur Deo in ratione actus concedo : in ratione entis nego, materia ergo prima assimilatur aliquarum Deo, non in ratione actus, sed in ratione entis, ens autem aliud est potentiale, aliud actualis, sub illo primo membro continetur materia : & nihil aliud vult dicere Diuus Thomas, nec enim dicit quod materia sit imitatio Dei sub ratione actus, sed sub ratione primi entis.

Ad decimum. Dicent cognoscibilitatem seu intelligibilitatem non esse passionem primo conuenientem enti, sed tantum conuenientem enti actu : cum ergo materia non sit ens actu, sed in potentia subiecta, non erit de se cognoscibilis, sed per analogiam ad formam : ex quo patet solutio ad rationem primam, scilicet per interpretationem minoris.

Ad undecimum. Dicent maiorem esse veram de eo, per quod solitariè, & non veluti concomitante, aut partialiter cognoscuntur res naturales : at per materiam solum partialiter cognoscuntur res naturales, cognoscuntur enim, quatenus materia est sub forma.

Ad duodecimum. Concessa maiore, nego minorem, nam materia non addit supra ens aliquam actualitatem, sed tantummodo expressorem conceptum, id est illud ens, quod est materia, declaratur non esse ens actu, sed ens in potentia, & proinde materia non dicitur simpliciter ens, sed ad distinctionem entis in actu, nominatur ens in potentia.

Satis

*Ad undecim
mum.*

*Ad duodecim
mum.*

*Ad undecim
mum.*